

licae sedi praesidens constituit, ut aestivale ieiunium infra octavam pentecostes annuatim celebraretur. Quod quidem etc. . . . Nam non parum a consuetudine eorum discrepat quam a quibusdam scriptis non adeo authenticis mutuaverant, id est a Moguntiacensi concilio, tempore Henrici II. imperatoris facti. Hoc enim hanc regulam ieiuniis IV temporum praeficit, ut in prima quarta feria Martii etc. . . . Sed cur more Pharisaeorum liquamus culicem, glutientes camelum? Cur inquam huiusmodi scripta praevaricari plus vereamur quam sedis apostolicae decretum, praesertim cum ob eorum adinvicem repugnantiam se observare non permittant. Nam quicumque facere noluerit nisi quod prius sua ratione probaverit esse faciendum, non tam praeceptori suo quam propriae voluntatis arbitrio satis fecisse iudicabitur. Hanc ergo puram obedientiam cum omnibus spiritualibus nostris praeceptoribus certissime debeamus, maxime tamen apostolicae sedi ex intimo corde debemus, quae totius christianae religionis caput est et origo. Sed quia haec ratio simplicioribus fortasse non sufficit etc.

Idem fere habetur in Ivonis Carn. Decreto, pars IV, col. 35, apud Migne P. L. 161. 272 et c. 33, ibid. col. 271.

Der Micrologus polemisiert somit in den schärfsten Ausdrücken gegen eine 'inconsiderata novitas'. Wäre Ivo der Verfasser des Micrologus, so hätte er in seinem Rechtsbuche diese so scharf verurtheilte Neuerung nicht ohne weiteres als Norm hinstellen können, ohne sich ganz und gar zu verleugnen. Der Verfasser des Werkes Panormia, welches sicher von Ivo ist, kann demnach den Micrologus nicht geschrieben haben.